data fide, cum interpositis sacramentis, se eidem principi semper obniti debere, jurati dixerunt, ut dummodo Philippus eos non deserceret, sed ad oppugnandum principem arma cum reliquis bellis necessariis fideliter eis ministraret. Lantgravius ignorans quod factum fuerat, cum quadringentis militibus in auxilium regis Ottonis Philippo contrarius erat. Philippus retro prolapsus, procinctum reciderat, et hoc audito lantgravius rediens. Post hec nobiles Thuringie, quos Philippus ceperant fraude Sangerhusin, promittentes pacem civibus: et tunc primo incendebant villas, devastantes Thuringiam, et quibus vim inferre non possent, dolis eos seu promissionibus expugnare temptarent. Deinde Philippus collecto exercitu Wissinsee obsedit per sex ebdomadas, sed non cepit. Eodem tempore quidam de exercitu regis quatuor, egressi ad ecclesiam spoliandam in Gangolffis Sommeringen, qui rebus quibusdam de ecclesia asportatis, igne invisibili ab intus consumpti mortui sunt, quod Quintus, qui non intravit, sed ut respiceret, ne per rusticos inpedirentur, Qui magnalia Dei nunciavit, et de sui ipsius ardore, quem ab intra sentit, testificavit.

a) desseret c. — b) si c. oppugnandam c. — c) et c. — d) Sagirhusin — promitten c. — Cr. S. P. E. wissinsee — q